



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt nullus de dote Ecclesiæm vel de manso presbyterorum censum
persolvere cogat. liii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

constitui, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis, vel hortis, iuxta Ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquod seruitium faciunt præter ecclesiasticum: & si aliquid amplius haberint, inde senioribus suis debitum seruitium impendant.

Vt nullus de dote Ecclesie, vel de manso presbyterum censum persolvere cogat. Cap. LIII.

*Ex cõcil.
Meldēsi,
cap. 8.*

IVXTA synodalia præcepta decreuimus, vt nullum mortalium de agro ecclesiastico, & manso ac mansiõnis, vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquid largitus fuerit Ecclesie, neque de decimis & oblationibus fidelium quenquam presbyterorum aliquem censum persolvere cogat, nec quisquam cuiuslibet ordinis aut dignitatis, exinde quicquam subtrahat, & redhibitionem quancunq; exigat temporalem. Quod si fecerit, communionem vsque ad satisfactionem priuetur.

De altaribus, quæ passim sunt per agros.

Cap. LIIII.

*Ex cõcil.
Africa-
no, ca. 50*

ITEM placuit, vt altaria quæ passim per agros, & per vias tanquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ martyrum conditis probantur, ab episcopis, qui locis eisdem præsunt, si fieri potest, euertantur. Si autem hoc per tumultus popularium non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui rectè sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur: & omnino nulla memoria martyrum probabiliter accipiatur, nisi aut vbi corpus, aut aliqua reliqua certæ sunt, aut origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis, fidelissima origine traditur. Nā quæ per somnia, & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbiunque constituuntur altaria, omni modo reprobentur.

Vt martyrum dignitatem nullus profanus infamet. Cap. LV.

*Ex cõcil.
Cartha-
gi, ca. 3.*

Martyrum dignitatem nemo profanus infamet, nec passiuia corpora, quæ sepulturæ tantum propter misericordiam ecclesiasticam commendari mandatu est reprobentur, vt aut insania præcipitatos, aut tali peccato delictos, non ratione vel tempore competenti quo martyria celebrantur, martyrum nomen appellent. At si qui in ini-